

dulo suo demonstraret, & fortasse sunt etiam alibi qui id idem scire cupiunt, quibus omnibus hoc respōdemus, quod in ultimo huius libri canone scripsimus, nempe nos tabulam illam solum ob id ædidisse, ut studiosi quique formam quandam haberent, quàm in pingendis horologijs imitarentur, tam & si eandem tabulam ad parallelum Basiliensem iustificauerimus. Non tamen suademus, ut quisquã ea ad solem utatur, cùm nedum in sculptura, uerùm & in impressura facile huiusmodi astronomicis instrumentis error accidere possit. Habes suprâ capite octauo, quomodo horas æquales inscribas. Habes deinde capite tricesimonono, quomodo horas inæquales, Bohemicas & Italicas inscribas. Præterea caput tricesimū octauū docet te, quomodo quātitatem dierum ac noctiū, item quæ tēpus ortus & occasus solis inscribas. Capite uerò tricesimo quarto, & tricesimo quinto habes, quomodo parallelos duodecim signorum inscribas. Non est igitur, ut quisquam conqueratur de me aut de tabulæ obscuritate, cùm nihil in ea sit positum, cuius descriptio non multi-  
phariam in libro sit exarata.

F I N I S.

BASILEAE IN OFFICINA HENRICH PETRI, ANNO  
CHRISTI M. D. LI. MENSE MARTIO.